

BS 548

M5

v. 12

ELENCHUS
AUCTORUM ET OPERUM
QUI IN HOCCE VOLUMINE CONTINENTUR.

VATABLUS.

In primum librum Esdræ commentarium.

IDEM.

In librum Nehemiæ, qui et Esdræ secundus dicitur, commentarium.

CALMET.

In primum et secundum Esdræ libros prolegomenon. — Dissertationes in tertium et quartum Esdræ libros. — De restauratione librorum sacrorum. — De veterum Hebræorum characterum mutatione.

NATALIS ALEXANDER.

Dissertatio de auctore Cabbale.

TIRINUS.

In Tobiam commentarium.

CALMET.

In Tobiam prolegomenon. — Dissertatio in demonem Asmodæum.

SERARIUS.

Varie quæstioncule in Tobia passim occurrentes.

IDEM.

In Judith commentarium.

CALMET. — DUCLOT. — SACY. — CORNELIUS A LAPIDE.
— NATALIS ALEXANDER. — SERARIUS. — SANCTIUS. —
TIRINUS. — MENOCHIUS. — ESTIUS. — WOLPHIUS. —
JUNIUS. — DRUSIUS. — BOCHARTUS. — GROTIUS. — PIS-
CATOR. — MALYENDA. — OSIANDER. — BONARTIUS. —
STROPHIS CRITICORUM. — HOUBIGANT. — GLAIRE.

Annotations.

Credebat Migne,

à la dictée d'Annoiss, hors la barrière d'Enfer.



20532

44448

FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ**VATABLI VITA.**

VATABLUS, vel melius **WATERLED** (Franciscus), non Ambiani, ut scripsit præses de Thou, sed in viculo Picardiæ dicto Gamaches natus est, quo anno, haud satis constat. Circa autem annos 1530-1531 Franciscus I eum in Collegio Regio quod recenter creaverat Hebraicæ linguæ professorem instituit. Cujus animadversiones in Scripturam sacram lectionibus publicis primum habitæ, dein à Roberto Stephano collectæ et vulgatæ sunt. Cùm verò percelebris ille typographus Calviniano faveret errori, in suspicionem venit scholia Vatabli

auderâsse, ideòque ea, qualia ex ipso officinâ exierant, Parisina facultas condemnavit. Haud multo post à Salmanticensibus theologis expurgata, in lucem denuò prodire, summo religionis fructu, plurimique fiunt apud exegetas omnes, tum ob luculentiam, tum ob miram concinnitatem, quibus librorum sacrorum difficultates eruant. Ultima editio ex quâ commentaria deprompsimus in Esdræ ac Nehemiæ prodiit ann. 1729, 2 vol. in f°.

Vatablus obiit Parisiis 1547.

AUGUSTINI CALMETI**IN LIBRUM PRIMUM ESDRÆ****Prolegomenon.**

Inter principes viros, qui rebus reipublicæ Judaicæ reformandis, et cultui Domini restituendo, solutâ captivitate Babylonicâ, utilem operam navârunt, Esdras jure meritò constituendus est. Vox *Esdras* sonat æconomus, nec immeritò ambigeretur, utrùm certæ personæ nomen sit, veluti *Rabsaris*, *Rabsaces*. Præstita genti suæ maximi momenti officia, peritâ legis, quæ immortale nomen illi pepererat, id apud mortales valuerunt, ut plurimum insignium facinorum gloria, temporis progressu, amplissimo viro tribueretur. Accessit insitum Judaicis ingenium omnia verbis amplificandi, ut summi viri laudes etiam veritatis dispendio auferentur. Ita Malachiam cum Esdrâ miscendum arbitrantur. Vide Proleg. in Malac. Huic inventæ Masora, et punctorum vocalium honorem tribuerunt; hunc reparatorem sacrarum Scripturarum, auctorem Canonis Hebraici, quo libri sacri ad duos et viginti determinantur, censuere. Sunt denique qui veteres Scripturas Hebraicas novis Chaldæis characteribus ab illo traditas credant; quibus de rebus omnibus legendi sunt virorum eruditiorum tractatus, et dissertationes infra Vatabli commentariis subjiciendæ.

s. s. XII.

Esdræ, è sacerdotali genere nato, patet fuisse à nonnullis creditur Saria summus sacerdos, neci traditus à Nabuchodonosore in Reblata, captâ Hierosolymâ; probabilius tamen credimus, eum virum vel avum, vel proavum Esdræ fuisse; vix enim aliter temporum ratio patitur, nisi fortè illum ultra 150 annos vitam prorogasse dixerimus. Venisse primum Hierosolymam unâ cum Zorobabele creditur, repetensque, uti ferunt, Babylonem, ut coeptæ adificationis templi negotium urgeret, deinde anno septimo Artaxerxis iterum Hierosolymam se contulit. Studio legis à teneris addictus, adeò eo scientiæ genere excelluit, ut scriba *velox* (Esdr. 7, 6, עֲשֵׂר בָּרָדָר) in Scripturâ appellaretur, quod viro nomen non ex facilitate scribendi, sed è summâ patriæ legis cognitione inditum constat. Anno septimo Artaxerxis Longimani, bonâ principis veniâ, Judææ iter unâ cum voluntariis ejus viâ sociis inivit, factâ simul à rege copâ deferendi Hierosolymam aurum et argentum, ex oblationibus populi collectâ, unâ cum vasibus aureis et argenteis in usum templi; jussis insuper regii ararii præfectis per Syriam quæcumque necessaria in obsequium Domini,

1

007713

auro, argento, frumento, vino, oleo et sale ad sacrificia, abundè sufficere. Concessa pariter sacerdotibus, cæterisque templi ministris à vectigalibus, omnibusque oneribus immunitas; permissum Esdræ, iudices et præsidés constituere, quibus in civium necem vitamque, si quid adversus legem, vel principis iustiones tentassent, jus esset.

Regis igitur litteris fretus Esdras, iter unâ cum sociis aggressus est; cumque ad annem Ahava pervenisset, lustratâ suorum manu, neminem Levitici generis deprehendit; quare missis ad montes Caspios legatis, qui eodem montes tenebant Judæos, ut unâ secum Hierosolymam venirent, vocavit. Horum accessione 58 Levitæ et 200 Nathinæi obsequio templi collecti sunt. Tum Dei ope precibus et jejuniis imploratâ, iterum viam ingressus Hierosolymam pervenit. Ibi sacrificia obtulit, et vasa oblationesque pariter omnes in arario templi deposuit; tum versè illius curâ tollendis abusus, qui in populum irrepserant.

Cùm ex optimatibus audisset, Israelitarum plurimos connubia cum feminis, quibuscum interdicia erant commercia, miscuisse, altè eo nuntio sauciatus, vestes dolore actus dilaceravit, evulsisque crinibus et barbâ, humi sedens, tum lacrymis, tum jejuniis veniam à Domino deprecabatur. Inuseto viri habitu populum permosus in templo illum convenit. Tum Esdras causâ mororis sui indicatâ, quid facto opus esset, consultavit. Visum est optimatibus, ut innovato cum Domino fœdere mulieres alienigenæ et nati ex iis liberi remitterentur. Nec mora, vulgato per universam provinciam edicto, Hebræi Hierosolymis se sistere jubentur: si quis contra faxit, omnibus bonis suis et jure gentis multandus.

Conditâ igitur hæc omnes in unum cœtum collecti, quæcumque ab Esdrâ sancirentur, servaturos se polliciti sunt. Cùm tamen gravio anni tempore sæviret, neque satis dormum suppeteret, quò se ab injuriis cœli populum reciperet, selectis in eam rem viris negotium commissum est, ut peragratis urbibus, alienigenarum feminarum fœce loca purgarent.

Secundum hæc Esdras totum se ad docendum populum, legemque exponendam, quæ illi potissima fuit reliquæ vitæ occupatio, contulit. Ita sub Nehemiâ illum religioso huic ministerio, legendi nempe et exponendi legem in frequenti populi concione, præcipuis anni solemnitatibus in atrio templi, intentum vide-

mus. 2 Esdr. 8, 1. Reliqua ejus viri gesta latent; neque enim habendum hic sermonem censensus de iis quæ in quarto libro, Esdræ nomine inscripto, leguntur. Ejus operis auctorem amplissimi viri nomen impudenter ementitum, infra demonstrabimus. Hunc non minùs gloriâ, quàm annis plenum obisse, et magnifico funere ejus corpori Hierosolymæ parentatum fuisse Josephus est auctor Antiq. lib. 11, c. 2. Ejus obitum, ante Inductum de Nehemiâ sermonem, idem Josephus describit: quinquàm habemus compertum, Esdræ sub eo principe vixisse, atque in dedicatione montium Hierosolymæ inter viros amplissimos locum habuisse, 2 Esdr. 12, 26, 35. Qui Babylone primò reducens unâ cum Zorobabele Esdræ constituit, illi vitam ejus ultra 120 annos prorogant. Vide Commentarium in primum Esdræ 12, 1. In Perside obisse, cum secundò ad Artaxerxem rediit, à Judæis traditum est; ejusque tumulum in ejus regionis urbe Samuzâ ostendunt.

Exstant sub ejus nomine quatuor libri, quorum duo priores unâ serie apud Hebræos continuati, in Canone universæ Ecclesiæ, summo omnium assensu, recepti sunt. Duo posteriores ad apocrypha ab Ecclesiâ Latina rejecta, ad constituenda religionis dogmata nullam obtinent auctoritatem, quoniam apud Græcos tertius cum geminis prioribus in Canone recensetur (1). De singulis seorsum

(1) Ruppell, narrat se apud Abyssinos unum aut duos novos Esdræ libros reperisse. (Annales de philosoph. chrét. 9, 48).

« Si nous croyons, dit Voltaire (Bible expliquée), toute l'église grecque, mère sans contredit de l'église latine, Esdras a dicté tous les Livres saints pendant quarante jours et quarante nuits de suite à cinq secrétaires et qui écrivirent perpétuellement sous lui, comme il est marqué dans le quatrième livre d'Esdras adopté par l'église grecque... Mais s'il fut inspiré en parlant, ses cinq secrétaires ne le furent pas en écrivant. Le premier livre dit que la multitude des Juifs qui revinrent dans la terre promise se montait à quarante-deux mille trois cent soixante, et il compte toutes les familles et le nombre de chaque famille pour plus grande exactitude. Cependant quand on a additionné le tout, on ne trouve que vingt-neuf mille huit cent dix-huit âmes. »

« Si nous en croyons toute l'église grecque, Deux ou trois Pères sont-ils toute l'église grecque? C'est à qui se réduit le nombre de ceux qui ont dit que tous les anciens livres avaient péri pendant la captivité, et qu'Esdras les dicta de mémoire. »

« L'église grecque, mère sans contredit de la latine. »

Les deux fondateurs de l'église latine sont

agens. Primus liber, cujus nomine inscribitur, ejusdem labor creditur; in quo plura sibi oculato testi explorata, quorum ipse potissimus auctor fuerat, Esdras litteris consignat. Sex priora capita historiam complectuntur libertatis à Cyro Judæis concessa, adventus Zorobabelis Hierosolymam, restitutionis sacrorum in templo, ejusdemque templi restorationis, plura interim adversariis Judæorum in contrarium molientibus; intermissi etiam operis, Artaxerxe jubente, urgentibus velsim prophetis Aggæo et Zachariâ, ut ædificium resumeretur; ac tandem Darii litteras, absolvendum permittentis.

Aderat inter cæteros scriptor, cum legati regis Persarum, Hierosolymam venientes, quæviserent, quâ facultate Judæi intermissum opus resumerent: Ad quod respondimus eis, addit, quæ essent nomina hominum auctorum edificationis illius, 4 Esdr. 3, 5. Cùm pariter historiam narrat rediit Esdræ in Judæam, copâ redeundi per Artaxerxem factâ, scriptor de se sinit Pierre et saint Paul, le premier né en Galilée, le second à Tarse en Cilicie, mais de parents juifs. Le second successeur de saint Pierre, Clément, n'était pas grec: son nom est latin.

« Le quatrième livre d'Esdras adopté par l'église grecque. »

Les Grecs reçoivent au nombre des livres sacrés le troisième livre d'Esdras; mais le quatrième, qui contient la prétendue histoire des cinq secrétaires, est tellement rejeté des Grecs qu'on n'en trouve plus d'exemplaires en leur langue.

« Les secrétaires d'Esdras ne furent pas inspirés en écrivant. »

Puisque le critique reconnaît qu'il y a faute de scrille dans les dénombrements du premier et du second livre d'Esdras, seroit-il raisonnable de l'attribuer plutôt aux cinq premiers prétendus secrétaires d'Esdras qu'à cette foule de copistes qui pendant l'espace de vingt siècles ont transcrit son livre? Des copistes qui travaillent ordinairement machinalement sont exposés à se tromper, surtout dans les lettres numériques; et cette erreur copiée par d'autres peut devenir générale lorsqu'elle n'est point essentielle et ne tire point à conséquence. Mais qu'un auteur qui dicte et cinq secrétaires qui écrivent ne s'aperçoivent pas que des sommes qui étant additionnées ne donnent que 29,818 ne sauraient donner 42,560, c'est ce que suppose le critique, mais c'est ce qu'un homme sensé n'admettra jamais.

« Pour comble, le dénombrement de Nehémie est tout aussi erroné, et c'est une chose extraordinaire de se tromper ainsi, en comptant scrupuleusement le nombre des familles. »

C'est ce qui démontre évidemment que ces sortes de fautes ne peuvent point être attribuées aux auteurs, mais à des copistes peu attentifs.

(Duclor.)

numquam non loquitur, quasi historicus simul et potissimus rei auctor: *Benedictus Deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde regis, etc., et in me inclinavit misericordiam suam, etc., et ego confortatus manu Domini Dei mei, quæ erat in me, congregavi de Israel principes*, 1 Esdr. 7, 27, 28. Eademsemper phrasis usque ad exitum libri regnat. Ex quo aperto satis arguitur discimus, totum ab exordio libri cum Esdræ auctori esse tribuendum. Quædam amen adversus hanc sententiam opponuntur.

1. Scriptor operis Hierosolymæ versabatur, cum missi à rege Persarum legati Judæos de resumto ædificio interpellarunt, 1 Esdr. 5, 4, ut in superioriis demonstravimus. Porrò Esdras nominis dñi post Zorobabelem rediit; quare cum Persæ Hierosolymam venerunt, abesse debuit (Huet. Demonstrat. Evang. proposit. 4, pag. 166). Hinc argumento duo renimus. 1º Esdras forè his Hierosolymam venit, primò cum Zorobabele, ac deinde iterum Babylonem repetens, facultatem ædificandi templi à rege impetraturus, tandem eâ obtentâ, iterum se in patriam contulit, vide 2 Esdr. 12, 1. 2º Esto, abfuerit, adhuc tamen quasi præsens loqui poterat, communi satis more, ut scriptor, e. gr., Judæus, Romanus, Gallus, ita de rebus gentis suæ, quasi de propriis agat, et absens quasi præsens loquatur. Hoc ita familiari sermone usurpat: *Diximus, sumus, isimus, etc.*, quæ loquendi formule non semper scriptoris præsentiam rebus ab eo narratis, sed tantum sententiarum, morum, rerumque cum illis, qui præsentés fuerunt, conjunctionem significant.

Objiciunt secundo, auctorem primo Esdræ censum retulisse, sub Nehemiâ solimodò institutum; qui etiam totidem forè verbis in libro, ejusdem Nehemiæ nomine apud Hebræos inscripto, legitur. Hujus igitur historie, que in exordio libri occurrit, alter ab Esdrâ scriptor fuerit, necesse est. Hanc objectionem in Commentario occupavimus; duo tantum addimus. 1º Esto, hic censum omnino ad Nehemiâ pertinuerit; potuit tamen optimè ab Esdrâ, qui sub Nehemiâ aliquandiu vixit, narrari: familiare est enim scriptoribus, ut alter ab altero ejus generis documenta mutentur. 2º Nehemiâ plura se ex veteri scripto sub Zorobabele derivasse profitetur, 2 Esdr. 7, 5: *Inveni librum censuum eorum, qui ascenderant primùm*. Huic censui ipse nomina eorum adjeçit, qui secum, et faciliè etiam qui cum Esdrâ ascenderant. Nec addi-

tionem suam dissimulat; ita enim censum exorditur 2 Esd. 7, 7: *Isti filii, qui ascenderunt de captivitate cum Zorobabel, Josue, Nehemias, Azarias, etc.* Summam igitur præcedentium censuum retenuisse auctor videtur.

At enim cur census Esdræ inde exordium ducit, unde et Nehemias? qui utrinque viro-rum summa constat ad quadragies et his mille trecentos et sexaginta? Ideo fortasse, quia Esdras censum Nehemias iisdem penè verbis descripsit. Facile etiam vel ipse, vel amanuensis censum priorem jam ductum, ad normam Nehemias fusiorem et numero hominum majorem reformavit; et ut major constaret similitudo, eundem titulum, quem in censu Nehemias nactus est, adscripsit alteri.

III. Si Nehemias superiores census sub Zorobabele et Esdrâ complexus est, cur utrinque Esdrâ nomen silatur, cum tamen nec Zorobabelis, nec Josue summi sacerdotis, nec Nehemias desideretur? Respondeo, nomen Esdræ in altero censu seorsum à Nehemiâ relato, in quo nomina sacerdotum et Levitarum cum Zorobabele redunem, adscribi. Quin etiam Esdras ipse satis se in fronte censu eorum, qui secum ascenderunt, apposit: *Hi sunt principes familiarum, qui ascenderunt mecum de Babylone, 1 Esd. 8, 1.*

IV. Tandem si prima libri capita Esdræ tribuantur, isque rediisse sub Zorobabele statuatur, debuit vitam ad 120 annos producere. Esto: an homines id ætatis vixisse possibile est? Esdras incunte juventâ Babylone primùm rediit; deinde quod ætatis robore et solertiâ valeret, ut rediret electus est. Omnia hæc prona sunt.

Aiunt nonnulli, utrumque Esdrâs librum unico scriptori esse tribuendum, cum ambo una serie apud Hebræos continuentur, Vas-

tor, *De la Vérité de la Religion*, lib. 2, part. 3, cap. 6; auctor Tract. Theologico-Politic. cap. 4. Auctor prioris libri, addunt illi, refert uno censu viros, qui nonnisi cum Nehemiâ redierant; et auctor secundi meminit Darii Condomani, ab Alexandri Magni armis regno exuti, et Jeddæ, sive Jaddi, qui victorem regem Hierosolymæ exceptit; quare alterum fuisse oportet librorum auctorem ab Esdrâ et Nehemiâ, et ad Alexandri Magni ætatem, vel etiam post Machabeos referendum. Ita Auctor Tract. Theologico-Politic.; quanquàm, ut nominis venerationem gratiam sibi apud Judæos conciliaret, Esdrâ nomen adoptavit.

Has objectiones antea satis occupavimus. Junguntur libri apud Hebræos ex connexâ utrinque rerum serie. Olim Biblia universa unum ferè perpetuum volumen constituabat; deinde ad arbitrium pleraque in libros dissecta sunt. Potuit amanuensium operâ irreperere in Nehemias textum locus de Dario, Jeddâ, et Sanaballat. De censu satis mentem nostram explicavimus.

Primus Esdræ historiam complectitur duorum et octoginta annorum, ab initio Cyri in Babyloniis regno, anno mundi 3468, ad usque decimum nonum Artaxerxis Longiniani, qui Nehemiam Hierosolymam misit, anno mundi 5550.

Epistola Reum et Samsai ad regem Artaxerxem adversus Judæos data, 1 Esdr. 4, 7, 8, usque ad cap. 5, quemadmodum et altera regis ad ipsos, ac tandem capita 5 et 6, usque ad v. 19, Chaldaicè scripta sunt. Ita pariter exaratum est edictum Artaxerxis Esdræ traditum, 4 Esdr. 7, 12, usque ad v. 27: reliqua Hebraïco sermone constant

IN LIBRUM I. ESDRÆ COMMENTARIUM.

Paralipomenon libros excipit ille qui ab Esdrâ scriptore nomen est sortitus. Erat autem Esdras eruditissimus et in lege versatissimus: cui hoc insuper debetur, quod totam Scripturam sacram, negligentia sacerdotum et injuriâ temporum multis locis depravatam, correxerit et restaurarit. Samaritanos characteres quibus antea Judæi utebantur, Samaritanis relinquens, Chaldaicos ille tum

substituisse dicitur, sive quod populus his jam assuevisset tempore captivitatis, sive ut animos Judæorum à Samaritanis longius alienaret.

Est autem series historiae hoc libro comprehensæ ann. 82: Ab anno scilicet mundi 3468, quo Cyrus, Cambyse patre, et Cyaxare, vitâ functis, Orientis monarchiâ potitus est, ad annum 5550, Artaxerxis illius qui Longinamus dicitur esse vigesimus. Qui annorum numerus, hæc quam in Chronologiâ nostrâ ratione probamus, ita colligitur.

Cyrus,	an. 7.
Cambyses,	7. et mens. 5.
Magus,	0. mens. 7.
Darius Hystaspis filius,	36.
Xerxes,	12.
Artaxerxes,	19.
Summa	82.

CAPUT PRIMUM.

1. In anno primo Cyri regis Persarum, ut completeretur verbum Domini ex ore Jeremiæ, suscitavit Dominus spiritum Cyri regis Persarum: et tradidit vocem in omni regno suo, etiam per scripturam, dicens:

2. Hæc dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli, et ipse præcepit mihi ut ædificarem ei domum in Jerusalem quæ est in Judæa.

3. Quis est in vobis de universo populo ejus? Sit Deus illius cum ipso. Ascendat in Jerusalem quæ est in Judæa, et ædificet domum Domini Dei Israel: ipse est Deus qui est in Jerusalem.

4. Et omnes reliqui in cunctis locis ubicumque habitant, adjuvent eum viri de loco suo, argento et auro, et substantiâ, et pecoriibus, excepto quod voluntariè offerunt templo Dei, quod est in Jerusalem.

5. Et surrexerunt principes patrum de Judâ et Benjamin, et sacerdotes, et Levitæ, et omnis ejus Deus suscitavit spiritum, ut ascenderent ad ædificandum templum Domini, quod erat in Jerusalem.

6. Universique qui erant in circuitu, adjuverunt manus eorum in vasis argenteis et aureis, in substantiâ et jumentis, in suppellectili, exceptis his quæ spontè obtulerant.

7. Rex quoque Cyrus protulit vasa templi Domini, quæ tulerat Nabuchodonosor de Jerusalem, et posuerat ea in templo dei sui.

8. Protulit autem ea Cyrus rex Persarum.

CHAPITRE PREMIER.

1. La première année du règne de Cyrus, roi de Perse, le Seigneur, pour accomplir la parole qu'il avait prononcée par la bouche de Jérémie, suscita l'esprit de Cyrus, roi de Perse, et il fit publier pour cela dans tout son royaume, même par lettres, disant:

2. Voici ce que dit Cyrus, roi de Perse: Le Seigneur Dieu du ciel m'a donné tous les royaumes de la terre, et m'a commandé de lui bâtir une maison dans la ville de Jérusalem qui est en Judée.

3. Qui d'entre vous est de son peuple? que son Dieu soit avec lui; qu'il monte à Jérusalem qui est en Judée; et qu'il édifie la maison du Seigneur, du Dieu d'Israël: Il est le Dieu qui réside à Jérusalem.

4. Et que tous les autres, dans tous les lieux où ils habitent, les assistent, du lieu où ils sont, en argent et en or, en biens et en bestiaux, outre ce qu'ils offrent volontairement au temple de Dieu, qui est à Jérusalem.

5. Alors les chefs des familles paternelles de Juda et de Benjamin, les prêtres et les Lévités, et tous ceux dont Dieu suscita l'esprit, se préparèrent à s'en retourner pour bâtir le temple du Seigneur, qui était dans Jérusalem.

6. Et tous ceux qui demeuraient aux environs les assistèrent de vaisselle d'argent et d'or, de leurs biens, de leurs bêtes et de leurs meubles, outre ce qu'ils avaient offert volontairement.

7. Le roi Cyrus leur remit aussi entre les mains les vases du temple du Seigneur que Nabuchodonosor avait emportés de Jérusalem, et qu'il avait mis dans le temple de son dieu.

8. Cyrus, roi de Perse, les donna par la